



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

6. Qui testes?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

ipso facto, ut habet Averſa q. 6. ſect. 8. v. *Denum*, addens, ſi Parochus det licentiam Sacerdoti aſſiſtendi matrimonio ovis non ſua, pœnam hanc ab ipſo Sacerdote, non à Parocho incurri, quia Tridentinum aſſiſtendi imponit hanc pœnam, non verò aſſiſtentiam mandanti.

Quæſt. Parochus aſſiſtet Matrimonio inter abſentes?

23. Inquires item hic, quinam Parochus aſſiſtere debet matrimonio, quando hoc contrahitur per procuratorem, vel per Epistolam? Reſpondeo, caſus duplici modo poſſet occurrere. Primò, ut alter ex ſponſis, ſit Parochianus loci, ubi contrahitur matrimonium per procuratorem alterius ſponſi abſentis, & tunc poterit, ut pater ex ſupradictis, huic matrimonio aſſiſtere Parochus illius loci vel alius Sacerdos ex licentia dicti Parochi, vel ex licentia, Parochi abſentis. Secundò, ut uterque ſponſus ſit abſens, & Procuratores contrahere debeant in loco, qui ad neutrum Sponſum pertinet, v. g. Sponſus ſit Paternitanus, Sponſa ſit Hiſpana, & utriusque Procuratores ſint Meſſanæ. De his ergo quæri poteſt, quis debeat eſſe Parochus aſſiſtens? Id certè apud neminem ex iſis Doctores, quos præ manibus habeo, invenire potui. Ad hoc ergo ſic, ſalvo Sapientiorum iudicio, reſpondeo: Cum Doctores omnes, & Tridentinum ſemper clament, debere eſſe proprium Parochum, ſaltem unius ex contrahentibus, qui matrimonio aſſiſtat, ſit, ut, quia Parochus Meſſanenſis non ſit Parochus, neque utriusque, neque alterius, neque vllò modo ejuſmodi contrahentes ſint Vagi, fixam enim habent ſedem ſuam, alter Panormi, altera in Hiſpania. Procuratores autem, ſupponimus, contrahere matrimonium Meſſanæ, ſit, inquam, ut non poſſit dictus Parochus Meſſanenſis eſſe legitimus aſſiſtens talis matrimonii. Debet igitur eſſe Parochus Sponſi, vel Sponſæ, qui, quia eſt abſens det licentiam alicui Sacerdoti exiſtenti Meſſanæ. Neque id difficile factu erit, ſicuti enim debet Meſſanam aſſerri fides denuntiationum, quæ neceſſario, ut mox dicemus ex Tridentino, exhiberi debent in Parochia Sponſæ, & Sponſi ita poterit aſſerri licentia aſſiſtendi.

§. VI. Qui Teſtes?

1. Plura de huiusmodi teſtibus dicta ſunt propter connexionem, quam habent in hac re cum Parocho: ſolum ergo duo ſunt, vel addenda, vel confirmanda.

2. Primò. Non ſufficit, ſi unus, immò etiam plures teſtes ſint præſentes conſenſui viri, & alter, ſive alii, etiam plures, conſenſui mulieris, vel contrà. Nam ſi idem, tum teſtes, tum Parochus inſegro contractui matrimonii præſentes eſſe debent, ut de illo teſtificari queant, & Tridentino ſatisfacere.

3. Secundò, quamvis in aliis commerciis humanis plerumque, præſertim in rebus gravibus, ut actus ſint legitimi, deſiderentur teſtes idonei, ſive omni exceptione majores; vnde in iure repelluntur à teſtificando infames, excommunicati, propinqui, ſceminæ, &c. tamen in caſu noſtro ſatis eſt, ad validitatem, quilibet, qui uſu rationis polleat, advertatque, quid agatur. Quare ſufficiunt prædicti infames, excommunicati, propinqui, ſceminæ, vti etiam ſervi, pueri rationis compotes, immò etiam infideles. Ratio eſt, quia Tridentinum teſtes requirit, nihil reſtringens, ad eorum qualitates exquirendas. Et meritò, quia id aſſerit periculum, vel ſerupulum nullitatis matrimonii. Adde primò, ſi neceſſaria foret in teſtibus qualitas aliqua, jam ſuppleri à Parocho, qui certè teſtis qualificatus, qui que aliis auctoritatem præſentia ſua conferre poteſt. Et certè ſuppletur etiam ex voluntaria electione utriusque partis. Adde ſecundò, cum hæc Tridentini diſpoſitio corrigat jus commune, in quo ante Tridentinum nulla erat neceſſaria teſtium præſentia, interpretandam illam eſſe, ita, ut quantum minus poſſit, illud ius corrigat. Hæc ſuſe Sanc. lib. 3. d. 39. & 41. Caſtro

Pal. d. 2. de ſponſ. p. 13. §. 13. Averſa quæſt. 6. matrim. ſect. 5. Boſſ. de matrim. cap. 5. §. 5. præſertim in loco matrim. quæſt. 44. Diana vocans hanc doctrinam in tract. 3. ref. 33. alii que.

4. Dixi in caſu noſtro, iſeſt, ad contrahendum matrimonii, nam ad probandum matrimonii iſeſt, & invaliditatem, ut illud ſcilicet diſſolvatur, vnde debere eſſe omni exceptione majores, rede non eſt, vnde dem Doctores, & decrevit Summus Pontifex in conſanguineis.

CAPVT III.

De Denuntiationibus.

§. I. Quanta ſit earum Obligatio?

1. Tridentinum ſeſſ. 24. c. 1. de reform. matrim. habet: *Vi in poſterum, antequam matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium Parocho, continuis diebus feſtibus in Eccleſia ſubſancti Miſſæ, ſub poena publicè denuntietur, inter quos matrimonium contrahendum.*

2. Porro hæc denuntiationes, quæ tandem nihil ſunt, niſi monitiones quædam, ut, qui fortè necesse impedimentum aliquod intercedere inter eos, de quibus ſit monitio, illud Parocho manifeſtet; hæc, inquam, denuntiationes, ſi negligantur, non invalidant matrimonium, ut nuper diximus, at peccati, tum à Parocho, tum à contrahentibus, qui eas omittunt, abſolutè non eſt, & quidem ex ſe mortale, quia ex iſis reſ eſt.

3. Excusat autem à mortali Sanchez lib. 3. mor. diſp. 7. Villab. Diana, alii que apud Averſ. mor. com. dum. Primò; parvitas materiæ, puta ſi omittatur denuntiatio, quando nullum eſſet mortale peccatum, quod aliquod ſubſeſt impedimentum. Sed Averſa ſect. 1. v. *Non eſt itaque, citans Pontium, & Conſueſtudo* putat, non eſſe parvitatem materiæ, vnde alii que reſ relinquere, ſemper eſſe mortale. Ego in ejuſmodi omiſſione, dicto periculo non ſubjecta, grave peccatum ſanè non invenio.

4. Excusat ſecundò, diſpenſatio Superioris etiam juſta. Sed quis Superior? Quæ cauſa ſam ſubſeſt, & habebitur tertia excuſatio, id eſt, neceſſitas.

Quis in Denuntiationibus diſpenſat?

5. Episcopos, & ejus Vic. Gener. (non quidem ſolus neus) & omnes, qui jurisdictione Episcopali quatenus veniuntque ſub nomine Ordinarii (quos ſupra, & nos recensuimus) poſſunt diſpenſare ad vna, & omnes denuntiationes, juxta exigentiam cauſæ, & mox.

6. Quid, ſi contrahentes ſunt diverſarum Dioceseſum indigente diſpenſatione utriusque Episcopii?

Reſpondeo non indigere. Vnus enim Episcopos ſufficienter diſpenſare poteſt; ſiquidem cum ſuo ſubditi ſpenſans, diſpenſat etiam valide, ratione conſuetudinis cum altero iudice etiam matrimonium contrahendum ſit in Dioceseſi alterius.

7. Idem Episcopos delegare alteri Clerico, quatenus non Sacerdoti poteſtatem diſpenſandi in denuntiationibus poteſt, poteſt etiam, & Vicarius Generalis, aut vi Vicariatus, eandem delegare, ſaltem ſpecialiter in hoc vel illo caſu, ut ſuſe habes apud Sanchez lib. 3. mor. diſp. 7. Barb. in Trident. ſeſſ. 24. cap. 1. de reform. matrim. d. 39. Pont. lib. 3. c. 31. alii que.

8. Parochus diſpenſare in denuntiationibus poſſet, niſi tantæ eſſet neceſſitatis, ut Episcopos obligaret diſpenſare, & ad ipſum aditus non daretur. Vide Sanchez loc. cit. d. 10. num. 27. Averſ. loc. cit. ſect. 2. v. *Si iſte* loc. cit. n. 59.